

## Disputatio Secunda,

Arabicano 2. cap. 18. dicente: *Debetur merces bonis operibus si sunt, sed gratia que non debetur, praesedit iuriant.*  
Id etiam eleganter exprimit D. Propheta 2. de vogat. c. a. his verbis: *Datur unicuique gratia sine merito, unde res das ad meritum; & datus anno ultum laborem, unde que que mercede accipias secundum suum laborem.*

- 102 Objecies tertio: Eadem modo, servata proportione, philosophandum est de remuneratione meritorum, sicut de retributione supplicii pro delicto: Sed retributio pars pro demeritis pertinet ad iustitiam vindicativam, que non est propria & rigorosa iustitia, sed pars potentialis illius: Ergo etiam remuneratio meritorum ad rigorosam iustitiam non pertinet in Deo, sed ad gratitudinem, que est pars potentialis iustitiae.
- 103 Confirmatur: Remuneratio meritorum maxime respicit affectum dantis, ut patet in vidua, que offensas duo erauunt, plus oblitus quam ali, proper majorum affectum, ut dicitur Marci 12. Sed respicer affectum, proprium est gratitudinis, & alienum a iustitia: quae tantum respicit qualitatem dati & accepti: Ergo remuneratio meritorum in Deo, non est actus iustitiae, sed gratitudinis.

- 104 Ad objectionem respondeo, concessis Majori, negando Minorem: licet enim vindicatio, ut fit a persona particulari, intendente propulsare malum, & injuriam sibi illicitam, vel per defensionem, vim vi repellendam, vel per ultionem, postridetur id ab eo qui habet auctoritatem publicam, pertineat ad iustitiam vindicativam, quae est pars potentialis iustitiae, illa tamen, prout sit a persona publica, sit secundum rationem iustitiae propria dicta, vel observanda formam iustitiae commutativa, quando tanta est pena in quantitate, quantum el damnum per culpan illeatum; vel secundum formam distributiva, quando attenditur ad proportiones personarum ad recipiendas penas, ut expresse docet S. Thomas 2. 2. q. 80. art. unico ad 1. & confirmationem art. 2. t. 1.

- 105 Ad confirmationem, concessa etiam Majori, distinguo Minorem: respicere affectum dantis, proprium est gratitudinis, & alienum a iustitia commutativa, concedo: distributiva, nego: hoc enim potest considerare affectum, non secundum quod exhibet aliquid gratis & spontanea, sed enim in gratitudine consideratur, sed quatenus ipsum opus, tali affectum, reddit aliquem proportionatam, & dignum aliquem premio distribuendo. Et quoniam distributiva iustitia, que est in homine, non consideraret affectum, potest tamen iustitia distributiva Dei illum respicere: tunc quia haec universalioris extensis est: tunc etiam quia premium vita eterna principaliter correspondet caritati.

- 106 Objecies quarto: Merito non est debitum premium ex iustitia: Ergo redditio premii non est in Deo actus iustitiae. Consequenter manifessa est, Antecedens probatur primo: Debitum iustitiae fundatur in aliquo ratione dati vel accepti: Sed Deo non potest aliquid dari a creatura, iuxta illud Apostoli ad Roman. 12. *Quis prior dedit illi, & retribuit ei?* Ergo Deus non potest debere premium homini ex iustitia. Secundo probatur: Quod est debitum ex iustitia, habet rationem pretii: que distincta est a ratione premii aut corona, cum premium possit reddi pro labore brutorum, non vero premium vel corona. Probatur tertio: Antecedens: si meritis hominum premium vita eterna esset debitum ex iustitia, sequeretur quod si Deus meritis nostris non remuneraret, faceret nobis injuriam: Sed hoc non est dicendum, cum enim fit Dominus absolutionis omnium, nihil admittit non suum, & per consequens nulli facit injuriam: unde August. super Psalm. 70. *Si Deus dannaret eum, quis ei diceret quid fecisset? Quoniam ergo misericordia, ut iustitiae injunctum: Ergo, &c.*

- 107 Respondens negando Antecedens, intellectus de merito condigno, ut debet intelligi. Ad primam eius probacionem, distinguo Majorem: debitum iustitiae fundatur in aliqua ratione dati & accepti: debitum iustitiae commutativa, concedo Majorem: debitum iustitiae distributiva nego Majorem: illud enim fundatur in proportione personae ad rem, non vero in dato & accepto, ut antea declaravimus.

Ad secundum dico etiam premium esse quasi quoddam premium: nam ut ait D. Thomas hic art. 1. in corp. 14. *merces dicitur, quod aliqui recompensantur pro retribuione operis vel laboris, quod quoddam premium ipsius.* Et Augustinus Epist. 105. *Sicut merito peccati (inquit) tamquam suspendit vita aeterna.* Elicet ergo non omne premium sit premium, ut patet de prelio quod redditur pro labore brutorum, premium tamen quod redditur pro hominum labore & meritis, est quoddam premium: unde denarius quem laborantes in vineis acceperant, dicitur Matth. 20. & tamen erat etiam premium.

Ad tertiam dicendum, quod si premium vita eterna esset debitum iustitiae ex iustitia commutativa, Deus faceret nobis injuriam, si merita nostra non remuneraret: secum vero si sit debitum solum ex iustitia distributiva,

pliciter aliquis virtus a ratione iustitiae commutativa deficit, primo quia deficit a ratione equalis, secundo quia deficit a ratione stricti debiti, seu obligationis orta ex iure proprietatis: nnde cum talis obligatio non possit repertiri in Deo, non potest recompensare merita iustorum, & premium vite eterna illis retribuere, ex commutativa iustitia, sed solum ex distributiva, que non respicit debitum orum ex iure proprietatis, sicut commutativa iustitia, sed debitum orum ex dignitate unius operis meritoriorum, comparativa ad dignitatem alterius: quod debitum non respicit proprie piamentum, ut ipsum obligetur ex iustitia, sed dumtaxat ipsum premium, ad quod meritus de condigno habet proportionem & jus, & de hoc iure intelligi debent verba illa Matthei: *Tolle quod tuum est, non vero de iure proprietatis, strictum in Deo obligationem inducente.* Ex quo patet responsio ad confirmationem.

## De Merito Justi.

## ARTICULUS V.

*Utrum vere & proprio merito possimus de condigno vitam eternam?*

**S**upposito quod homo possit vere & proprio mereri a Deo, sequitur dicendum de objecto meriti, seu de his quae sub merito cadere possunt: & primo de gloria, seu vita eterna, quam de fide certum est nos per bona opera, in gratia & caritate facta, aliquo modo de condigno promiserunt; cum illa in Scriptura merces, bravium, corona iustitiae, denarius diuinus, aliquique nominibus, que inter homines debitum & obligationem iustitiae significant, noncupetur. Unde Tridentinum fess. 6. cap. 16. dicit quod *bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus, proponuntur de vita eterna, & tamquam gratia fratris Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tamquam merces ex ipsis Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliem reddenda.* Et can. 32. damnat eum qui dixerit iustitiam bonis operibus, que ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritos, cuius vitam membrum est, finit, non vero mereri augmentum gratiae, vitam eternam: & ipsius vita eterna, si tamen in gratia decolorit, consumatur.

Hoc ut dixi de fide certum est, & indubitatum apud omnes Catholicos. Sed aliqui distinguunt duplex meritum de condigno: unum improprium & large dictum, ex divina ordinatione & acceptance proveniens; aliud proprium, quod habet se in intrinsecum & aqualem valorem cum beatitudine supernaturale, & prius quidem admissum, sed posterius negant. Ita Durandus in 2. dist. 27. q. 2. & Scotus in 1. dist. 17. q. 1. art. 2.

Dico tamen, opera iustorum ex gratia & caritate procedentia, esse vere & proprio meritoria de condigno vita eterna, seu habere cum illa condignitatem intrinsecam, & non solum extrinsecam, ex divina ordinatione & acceptance provenientes. Ita D. Thomas hic art. 3. ubi afferit quod opus meritorum hominis iusti potest diligenter considerari, uno modo secundum quod est a gratia Spiritus Sancti. Si considereret secundum substantiam operis, & prout est ex libero arbitrio, non potest esse meritorum de condigno, vita eterna, propter maximam ejus iniquitatem & improportionem cum illa. Si vero loquarum de opere meritorio, secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti, sic est meritorum vita eterna, etiam de condigno, quia sub hac ratione habet aquilam valorem cum beatitudine supernaturale. Unde sicut videmus, quod filius natus ex Rege & semina ignobilium, quamvis ex parte matris non habeat jus hereditarium ad regnum, illud tamen habet ratione patris, a quo nobilitatur: ita similiter, licet bona opera iustorum, ut procedunt a voluntate humana, non habent condignitatem, & sufficientem proportionem cum primo vita eterna, quatenus tamen sunt a Spiritu Sancto, eam moventes & applicantes, & ipsi per gratiam & caritatem conjuncte, sunt meritoria de condigno eterna beatitudinis, condignitate non solum extrinsecam, proveniente ex divina ordinatione & acceptance, sed etiam intrinsecam, procedente a dignitate & perfectione gratiae.

Ratio etiam suffragatur: Ad meritum enim de condigno vero & proprio dictum, seu quod est tale ad intrinsecum, non requiritur aquilas quantitas cum premio, sed sufficit aquilas proportionis cum illo. At inter operationes iustorum, ut procedunt a gratia & caritate, & voluntate beatificam, repertur aquilas proportionis: Ergo opera sunt vere & proprio meritoria de condigno visione beatificae, seu aeterna beatitudinis. Major est certa: meritum enim de condigno respicit iustitiam distributivam, & ab ea premium exigit: sed non requiritur ad condignem distributivam aquilas quantitas, sed proportionis rationem, ut ait D. Thomas in 2. dist. 27. q. 1. art. 3. ad 2. & nos articulo precedenti fuisse declaravimus: Ergo ad meritum de condigno non requiritur aquilas quantitas cum premio, sed sufficit aquilas proportionis.

Minor vero, in qua est difficultas, multipliciter funderetur. Primo quia gratia est fons glorie, juxta illud I. Joann. 3. *Semen Dei manet in illo:* At fons licet secundum entitatem imperfectius sit fructu, illoque minus secundum quantitatem, est tamen aquile secundum virtutem & proportionem; quia in fons non solum fructus, sed etiam arbor virtualiter continetur: Ergo gratia habitualis, & opera quae ab illa procedunt habent aquilatatem proportionis cum gloria. Unde D. Thomas hic art. 3. ad 3. *Gratia Spiritus Sancti quam in presenti habemus, est non sicut aquilis gloria in alio, est tamen aquilis in virtute;* scilicet fons arborum, in quo est virtus ad totam arborum.

Probatur secundo: Vita eterna, seu visio beatifica, est fons letificans civitatem Dei, Psl. 45. gratia vero sanctificans est fons aque salientis in vitam eternam, ut dicitur

## Disputatio Secunda,

citur Joann. 4. At fons proportionem habet ad flumen, immo totum flumen virtute continet: Ergo & gratia habet aequalitatem proportionis cum gloria; eamque continent virtualiter: Addo quod proportio est inter ascensum & descensum aqua; tam enim altus ascendiatur, quam alte descendit: Sed gratia de celo descendit, & in hominem corda diffunditur: Quid ergo meritum quod usque ad calum ascendiatur, & debita proportione saliat in vitam eternam?

123 Tertio probatur eadem Minor: Gratia Spiritus Sancti ad Ephes. 1. dicitur *pignus hereditatis nostra*, id est pignus iusta beatitudinis: quia sicut in hoc pignus ab arba differt, quod arba minoris est pretius & valoris, quam res que emuntur: pignus vero tantum valet, quantum illud pro quo offertur: ita etiam gratia & caritas tantum valet, quantum beatitudine supernaturale: unde Joann. 1. dicitur, *Gratia pro gratia*, id est gratiam conformatam patris, pro gratia & caritate via, ut expedit D. Augustinus Epistol. 105. & lib. de gratia & lib. arbit. cap. 9. Ergo opus procedens a gratia & caritate, tantum valet in ratione meriti, quantum beatitudine supernaturale in ratione premii, subindeque habet cum illa aequalitatem proportionis.

124 Quarto: Motus cuiuslibet naturae habet proportionem cum termino & fine ad quem conformatur tendit, ut constat in motu gravium & levium respectu centri: Sed finis & terminus conformatur in patria communicantur, quoniam habet gradus meriti: item sicut visio beatifica importat Deum unitum intellectu per medium principii & termini, seu per modum speciei impensis & expensis; ita merita a gratia & caritate procedentia, supponit totam Trinitatem specialiter habitantem in anima iusti per gratiam, ut in Tractatu de Trinitate disput. 13. art. 3. agendo de missionibus divinis, fuisse expofitum: Ergo inter merita jutorum a gratia & caritate procedentia, & visionem beatificam, aquilas proportionis reperitur.

125 Denique probatur Minor: Meritum hominis a gratia & caritate procedens, est ordinis supernaturalis, sicut vita eterna: est etiam ejusdem intentionis gradualis, tandem enim visionis gradus culibet in patria communicauntur, quoniam habet gradus meriti: item sicut visio beatifica importat Deum unitum intellectu per medium principii & termini, seu per modum speciei impensis & expensis; ita merita a gratia & caritate procedentia, supponit totam Trinitatem specialiter habitantem in anima iusti per gratiam, ut in Tractatu de Trinitate disput. 13. art. 3. agendo de missionibus divinis, fuisse expofitum: Ergo inter merita jutorum a gratia & caritate procedentia, & visionem beatificam, aquilas proportionis reperitur.

126 Contra hanc conclusionem objicitur primo illud Apostoli ad Roman. 8. *Existimus quod non sunt condigni passiones huius temporis vel futuram gloriam, qui revelabitur in nobis*; quibus verbis aperte Apostolus videtur excusare condignitatem nostrorum operum, si comparentur cum beatitudine supernaturali. Unde Gregorius Magnus in 7. Psalmi psalmi. ait: *Illis bonis vita in qua cum Deo & deo vivas, nullus pauci aquari labor: nulla opera compari, cum apostolis dicas, non sunt condigne passiones*. Et Eusebius Emblemus homil. 3. ad Monachos: *Toris licet, inquit, animis & corporis laboribus desideramus, tamen licet obdience viribus exercemus, nihil tamen condignum merito pro easibus bonis compensare & effere valorem*. Item Augustinus in Psalm. 93. considerans iniquitatem laborum praefit: *Eos quoniam preuum damus, quodam modo unum filium, ad accipiendo res haec sempernos*.

127 Confirmatur: Passiones & operationes huius vite citato transire, & parum durare: Ergo nullam habent proportionem cum gloria & visione beatifica, quae interminimis et, & determinat mensuratur. Unde ait Apostolus 2. ad Corinth. 4. *Quod momentaneum est & leve tribulatio nostra, aceruimus gloria pondus operarum in nobis*. Et D. Bernardus serm. 1. de diversis: *Transi hora, transi & pona, non sit remuneratio, non sit meritis ipsa laboris: nescit occidendum, nescit finem, manet tota simul, & manet in eternum: guttatum pena bibimus, & aliquando sumimur, per minutias transierit at in remuneracione corrense est voluptas, & summa impetus, corrense innundans laetitiae, fumen glorie, fumen pacis*: Ergo in operibus jutorum supernaturalis, non est condignitas seu proportio cum beatitudine supernaturale.

128 Ad objectionem respondeo primo cum D. Thoma hic art. 3. ad 1. quod Apostolus loquitur de passionibus Sanctorum secundum earum substantiam, non vero ut a gratia & caritate procedant, sic enim cum gloria habent condignitatem & proportionem, ut supra ostensum est. Secundo dici potest: Apofololum excludere solum condignitatem, secundum quod significat aequalitatem rei ad rem, non vero secundum quod importat solum aequalitatem proportionis, quae sufficit ad rationem meriti de condigno, ut ex supra dictis patet. In eodem sensu intelligi & explicari possunt SS. Patrum testimonia ibidem adducta.

Ad confirmationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam, quia ut diximus, ad meritum de condigno vita eterna non est necessaria aequalitas operum nostrorum quantum ad omnia, sed sufficit aquilas quantum

ad id ex quo definiuntur valor & estimatio illorum, quod est praeceps gratia & caritas. Addo quod, opera jutorum, ut a gratia & caritate procedunt, habent quendam proportionem & aequalitatem cum visione beatifica: Tum quia illa, cum sua duratio immutabili & interminabili, in gratia, tamquam fructus in semine, continetur, iuxta illud Bernardi sermon. 17. in Psal. Qui habitat; *Lasset gloria fratres mei abundantie nobis est in tribulatione, in memoriam hec latet aeternas, in hoc tevi pondus sublimis & supra modum*. Tam etiam quia gratia & caritas ex propria natura, & quantum est de se, petunt mensurari duratione immutabili & interminabili, nimis aeternitate participata; quamvis hic in statu via per accidentem ratione subjecti in quo sunt, corruptibilis sint, & tempore menefuerunt.

Objecit secundo: Deus ex communi Theologorum 129 sententi, remunerat jutorum opera ultra condignum: Ergo non est in operibus jutorum vera condignitas ad premium.

Sed nego Consequentiam: Deum enim remunerare bona opera jutorum ultra condignum, non ita accipendum est, quasi illa non sit digna premio vita eterna, sed quod ultra premium, quod ex condigno meritis bonis debetur, Deus ex mera liberalitate & magnificencia, aliquem gloria gradum adjungat, ut sic reddit non solum mensuram confert, qua aquilas premii ad meritum designatur, sed etiam coagitat, & superfluentem, per quod denotatur aliquis excessus supra aequalitatem.

Ex quo intelligi, retributionem premii in Deo esse 130 & a justitia, & a liberalitate, a justitia quidem, quatenus tantum gloria conforti iustis, quantum habent meriti, ita quod meritum iporum aliquo sibi debito non fraudet; liberaliter vero, quatenus tribuit plusquam debet, & premiat ultra condignum. Unde Fulgentius lib. 2. ad Monitum cap. 10. reddens rationem cur vita eterna dicatur gratia, cum merces sit meriti, ita loquitur: *Gratia suem ipsa non iuste datur quid non solum donis suis (id est meritis nostris), quia Dei dona sunt, ratione gratia a qua procedunt) Deus dona sua reddit: sed quia sanctum etiam ibi gratia divina retributionis exhortat, ut incomparabiliter argue inestabiliter omnem meritum, quoniam vero bona, & ex Deo data, humani voluntatis, aetate operacionis, excedat.*

## ARTICULUS VI.

*Urum alius elicit a virtutibus acquisitio, vel infusio sine meritorio de condigne vita aeterna, sine imperio, seu relatione actuali, vel factum virtutis caritatis.*

## §. I.

*Quibusdam premissis referuntur sententiae.*

Suppono primo, virtutes alias esse Theologicas, que 131 habent Deum pro objecto immediato & specificatiu; alias morales, que ordinant & perducunt hominem in ordinem ad bonum honestum & ratione consonum: & istas adhuc est duplicitas generis; aliquae enim sunt naturales, & acquifitas, que regulantur per rationem & prudentiam naturaliem; aliae supernaturales & per accidentis infusa, que regulantur per fidem, & prudentiam infusa & supernaturalem.

Suppono secundo, triplicem posse dari relationem est 132 ordinationis actus in Deum; nempe habitualen, quae non est aliud quam ipse habitus gratiae & caritatis, in subiecto operante refidens, & eius actum concomitan, non tamen in ipsum influens; actualen, quae fit medio actu caritatis, per quem operatio que elicatur, in Deum ut ultimum finem referunt; & virtuelen, que continetur in virtute actus precedentis, per quem talis operatio in Deum fuit relata.

Suppono tertio, ad hoc ut actus nostri finis meritorio 133 de condigne vita eterna, non requiri necessariam actualen caritatis ordinationem seu relationem, sed sufficere virtutem, in virtute actus caritatis praeferit remanentia. Ita exprefse docet S. Thomas in 2. dist. 38. q. 1. art. 1. ad 4. his verbis: *Ad hoc quod alienum alienum finis sit Deus vel caritas, non oportet quod agendo illum alienum, aliquis de Deo, vel de caritate cogite, nec iterum sufficiat, quod aliquis in habitu ratiuncula Deum vel caritatem habens, quia est etiam alienum venialis peccati aliquis in Deum ordinaverit, quod falsum est: sed oportet quod prius fuerit regis de fine, qui est caritas vel Deus, & quod ratio alienum sequens in hunc finem ordinaverit, ita quod restituit illius ordinacionis in alienum sequentibus salvetur; ut pars exempli quod Avicenna ponit de arte logica, qui si dam opus suum exercet, semper de regula artis cogitare, multum in opere impediretur; sed sicut prius exiguntur per regulas artis, ita postmodum operari, & sic in opere ejus restitudo artis salvator. Simili habet dist. 40. q. unica art. 5. ad 6. ubi sic discurreit: Non sufficit omnino habitualis ordinatio alias*

*in Deum,*

## De Merito Justi.

a subiecto habitualiter relato in ultimum finem prove- niens. Item hic art. 4. ait quod *Meritum vita aeterna prima pertinet ad caritatem, ad alias autem virtutes secundario, secundum quod eorum aliis imperiorum a caritate: At imperiorum non solum dicit habitualis ordinacionem caritatis, sed etiam actualen ejus motionem, vel factum virtuale: Ergo ad meritum, virtuale factem caritatis motionem requirit.*

Probatur tertio ratione quam infra dictus Durandus in 2. 133 dist. 40. q. 2. num. 11. Infidelitas, vel status peccati mortalis, concomitant bona opera moralia ordinis naturalis, non vitiat illa, nec facit ea demeritoria, nisi aliquo modo informet ea, referendo in finem malum: Ergo pariter gratia & caritas; concomitant actus virtutum moralium acquisitum, non dignificat illos, nec faciet meritorios vites aeternae, nisi eos informet per virtuale factem relationem ad Deum ut ultimum finem.

Probatur quartio: Ut actus vestri sint meritorii de con- 140 digno vite aeternae, requirunt ut sint in obsequium Dei, cum una ex conditionibus ad meritum requisitus sit; ut actus facti in obsequium ejus a quo merces exigitur, ut art. 2. concl. 3. declaravimus: Sed actus nostri non possunt fieri in obsequium Dei, nisi ad ipsum formaliter vel factem virtueliter ordinentur: Ergo ad meritum de condigno vite aeternae, virtuale factem in Deum ut ultimum finem relatio requiritur.

Denique siudier potest conclusio ratione fundamentali. 141 Ut actus virtutum moralium acquisitum sint meritorii vite aeternae, necesse est quod sint supernaturales quad modum: Sed hoc habere nequeunt ex sola concomitantia habitus caritatis: Ergo neque quod sint meritorii vite aeternae. Minor constat: sola enim concomitantia habitus caritatis, nihil influit in predictis actus. Major vero probatur: Actus illi, ut sint meritorii vite aeternae, debent esse ejusdem ordinis cum premio illo: Ergo & supernaturales, factem quad modum.

Conformatur: Vel caritas, aut ejus objectum aliquid influit in illos actus, vel nihil? Si nihil influit, licet ipsos constitut, ex vi tamen talis concomitantia praesertim virtus caritatis: ergo nulli influit in predictis actus virtutum infusarum, factos ab homine grato, esse meritorios de condigno supernaturale beatitudinis, ex vi sua bonitatis intrinsecis, absque illa relatione actuali aut virtutum in Deum ut finem ultimum, quae per actum caritatis praesentem, vel praeferit illi adveniat. Hanc tenet Suarez lib. 12. de gratia cap. 8. 9. & 10. Marcius a Serra hic art. 4. dubio 1. & Philippus a S. Tri-nitate disp. 7. dubio 5.

Tertia siudier nullum actum virtutis infuse, & multo minus virtutis moralis acquisita, esse meritorium de condigno vite aeternae, absque aliquo imperio seu relatione, factem virtutis, actus caritatis; eique soli debet praemium essentialis beatitudinis, alii autem virtutibus, nisi ab illa imperent, praemium dumtaxat accidentale concedi. Hanc sententiam defendit communiter Thomista cum Anglico Preceptore, locis infra referendis, & cum Doctori Seraphico in 2. distinet, 4. art. 1. quod 3. ubi illam exprefse docet: *Hoc sequuntur Bellarmi lib. de justitia. cap. 15. Valentia in praesenti, punto 3. Lorca disp. 43. & alii. Unde temeraria & intolerabilis est censura Suarez, loco citato, cap. 8. num. 9. dicentes, hanc sententiam esse improbabilem & inservabilem, & parum conscientiam videri Scripturis, & communis sensus Ecclesie & Parvum.*

## §. II.

*Vasquez sententia rejicitur.*

136 D Ico primo: Ut actus virtutum moralium acquisita- rum sint meritorii de condigno vite aeternae, non sufficere habitualis relatio in finem supernaturalem; five concomitantia habitus caritatis: sed ejus imperio factum virtuale requiritur.

Probatur primo ex Scriptura, que quando bonus operibus promittit vitam aeternam, semper addit hanc conditionem, si habet in nomine Christi, vel propter Christum, aut propter gloriam Dei, ut Luca 10. *Qui recipit unum ex his peccatis in nomine meo, me suscipit.* Matth. 19. *Omnis qui tulerit patrem, & matrem, & propter nomen meum, vitam eternam possidebit.* Marci 9. *Quisquis poterit vobis calicem aqua in nomine meo, non perdet meritorum suum.*

Confirmatur: Ex Apostolo 1. ad Corinth. 10. & ad Corin- 145 th. 3. fedulo monente fideles, ut quidquid faciant, in nomine Domini, & gloriam Dei agant: hoc autem non tollit follicite ab ipsis requiret, si ad meritum nostrorum operum non est necessarium, sed sufficere concomitantia habitus caritatis, & habitualis relatio in finem supernaturalem. Ergo illa non sufficit, sed requiritur insuper habitualis factem virtutis caritatis.

Probatur secundo ex D. Thoma locis in tertia suppositione relatis, ubi exprefse docet, habitualis ordinacionem actus in Deum ad meritum non sufficere: idque probat, tum quis ex hoc quod est in habitu nullus meritorum, sed ex eo quod alii operari: tum etiam quia alias peccata veniale hominis iusti esset meritorium, utpote

in Deum, quia ex hoc quod est in habitu, nullus meritorum, sed ex hoc quod alii operari: nec tamen operari quod invenit alius ordinans in finem ultimum, sit semper con- fundita cuiuslibet actione; quae diriguntur in aliquum finem proximum, sed sufficit quod aliquando actualiter omnes illi finis in finem ultimum referantur.

Ratio etiam id suadet: Nam ut causa influit in effectum sufficit quod permaneat in se, vel in sua virtute: Ergo ut caritas influere in nostris actus, eoque imperare, sat est quod remaneat virtualiter in virtute aliquis actus praeferit: praesertim quia moraliter impossibile est, hominem quando bona operatur, semper intendere in finem caritatis. Unde S. Thomas 2. q. 83. art. 13. locutus de oratione, docet ad ejus meritorum sufficere primam intentionem in principio habitum, neque requiri aeternam, factem, & continuatam. His pro intelligentia & explicacione tituli premisis

137 Circa propositionem difficultatem tres vestigantur celebres sententiae. Prima docet opera moraliter bona, seu actus elicitos a virtutibus moralibus, etiam acquisitum, esse meritorios de condigno vita aeterna, abique illo influente, etiam virtutis, caritatis, dummodo supponant habitum illius in subiecto operante, per quem habitualiter in Deum ordinantur. Ita Vasquez hic disp. 207. per totam, & Gabriel a S. Vincentio in tract. de gratia disp. 21. qu. 3. pro hac sententia referens Sotom. lib. 3. de natu- re & gratia cap. 4. sed immortem, cum ibi exprefse docet ad meritum requiri quod opus procedat ex gratia, & improbus distinctionem eorum qui dicunt, opus meritorum debet quodammodo procedere ab eo qui est in gratia, sed non ab ipsa gratia.

Secunda fatur quidem necessariam esse relationem virtuale caritatis, vel factem alterius virtutis infuse, ut opera bona virtutum moralium acquisitum sint meritorios de condigno vita aeterna; sed conditum actus virtutum infusarum, factos ab homine grato, esse meritorios de condigno supernaturale beatitudinis, ex vi sua bonitatis intrinsecis, absque illa relatione actuali aut virtutum in Deum ut finem ultimum, quae per actum caritatis praesentem, vel predictum illi adveniat. Hanc tenet Suarez lib. 12. de gratia cap. 8. 9. & 10. Marcius a Serra hic art. 4. dubio 1. & Philippus a S. Tri-nitate disp. 7. dubio 5.

Conformatur: Vel caritas, aut ejus objectum aliquid influit in illos actus, vel nihil? Si nihil influit, licet ipsos constitut, ex vi tamen talis concomitantia praesertim virtus caritatis: ergo nulli influit in predictis actus virtutum infusarum, factos ab auxilio naturali, dato per Christum, nimis ex cogitatione congrua ordinis naturalis, data ex meritis Christi.

Sed hoc foliato frivola est: nam (praterquam quod 143 tale auxilium fictum est, ut in Tractatu de gratia ostendimus disp. 1. art. 3. §. 5.) cum auxilium ordinis naturalis ejusdem speciei & valoris intrinseci maneat, five detur per Christum, five non, repugnat predictis actus virtutum infusarum: sed ei praeferit, cum id praeferre non possit, nisi in ordinem ad proprium objectum, virtualiter factem illos ad ipsum referat, ac proinde ex vi illius relationis, non vero foliis concomitantie, habent quod sint meritorii vite aeternae.

Dices cum Vasquez hujusmodi actus non habere modum supernaturale ex habitu gratiae, vel caritatis concomitantia, sed ex aliquo auxilio naturali, dato per Christum, nimis ex cogitatione congrua ordinis naturalis, data ex meritis Christi.

Sed hoc foliato frivola est: nam (praterquam quod 143 tale auxilium fictum est, ut in Tractatu de gratia ostendimus disp. 1. art. 3. §. 5.) cum auxilium ordinis naturalis ejusdem speciei & valoris intrinseci maneat, five detur per Christum, five non, repugnat predictis actus virtutum infusarum: sed ei praeferit, cum id praeferre non possit, nisi in ordinem ad proprium objectum, virtualiter factem illos ad ipsum referat, ac proinde ex vi illius relationis, non vero foliis concomitantie, habent quod sint meritorii vite aeternae.

## §. III.

*Solvuntur objectiones.*

C Ontra istam conculcionem objicitur primo ex Scriptura: Matth. 12. & Marci 3. dicitur: *Quicumque fecerit voluntarem patres meis, ipse meus frater, & soror, & mater est. Sed qui facit opera moralium virtutum, etiam acquisitum, abepta alia ad motivum caritatis subordinatione, facit voluntatem Patris; non solum enim est voluntas Patris, quod ponatur opera virtutum infusarum, verum etiam acquisitum: Ergo est frater, & soror Christi, ac proinde meretur apud Christum: opera namque per quae fit quis frater Christi, non possunt non esse meritoria apud ipsum.*

Confirmatur: In Scriptura operibus misericordia promitit merces vite aeternae, Matth. 10. *Qui dederis peccatum aqua frigidam rancum, non perdes mercedem tuam:* & cap. 25. *Esi rursum & dedisti mihi manducare:* Sed opera misericordia factum actus virtutis acquisita: Ergo actus virtutis moralis acquisita, secundum se, & abique imperio caritatis, etiam virtuali, sunt meritorii vite aeternae, dummodo supponant habitum illius in subiecto operante.

146 Ad objectionem respondeo, sensum Scriptura locis ci-tatis esse, quod quicunque fecerit voluntatem Patris mei plene, perfecte, & adequate, ipse meus frater, & soror, & mater est: qui autem facit opera virtutum moralium, five acquisitarum, abepta motivo caritatis, & virtuti-

uali falem relatione in Deum ut in finem ultimum, non facit voluntatem Dei perfecte, & complete; quandoquidem non solum Deus vult quod huiusmodi opera eligamus, sed etiam quod illa producamus cum tali motivo, & relatione falem virtuali, juxta illud Apololi ad Coloss. 3: *Omnia quacumque facitis in opere & sermone, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite.*

447 Ad confirmationem dicendum, quod quando in Scriptura operibus misericordia promittitur merces vita aeterna, non debet intelligi de operibus misericordia, que sunt in nomine Christi, seu propter Christum, ut patet ex locis supra citatis. Unde Leo Papa serm. 7. Quadragesimae explicans illud Mart. 25: *Quamdiu fecisti uni ex his fratris meos minimis, mihi fecisti, subditur Quod hoc opere fructuofus? quid hoc humanis facilius? quis usque fraude sua fraudula non esset, si proper ipsam naturam communicationem juvando homini ab homine praeberet, sed quia quod non ex fidei procedit fons, ad pramis aeterna non pertinet, alia est conditio operum celestium, alia terrororum.* Ubi nomine fidei plenum est, ipsius fidem vivam & caritatem formantem, seu per dilectionem operantem, intelligere, subindeque exilimare, opera misericordia non esse caritatem, id est digna caloflo pannio, nisi a caritate virtualiter falem imperentur.

448 Obiectus secundum: Per opera bona, quibus adimplentur precepta naturalia, homo viam aeternam proueneret: Sed ad mandatorum naturalium obseruantiam non est necesse, quod illa serventur ex motu caritatis, vel alterius virtutis supernaturalis: Ergo opera bona a virtutibus moralibus acquisiti elicita, sunt meritoria vita aeterna, esti non imperantur a caritate. Minor videtur cesta: Major vero probatur primo ex illo Christi Luke 10: *Si vis ad vitam ingrati, serva mandata: ubi obseruationi mandatorum secundum se promittitur vita aeterna.* Secundo ex Tridentino fest. 6. cap. 10. ubi definit iustos per bona opera, & observantia legis, in dies crescentia in iustitia. Et cap. 16. adducit illud 1. ad Corinth. 15: *Abundate in omni opere bona, scientes quod labor vester in auctoritate domino, id est erit meritorius; & tamen abolute prouuntat: Abundate in omni opere bona.* Ergo confitit omne opus bonum, secundum se, & absolute sumptum, esse meritoria vita aeterna. Unde in eodem capitulo subdit, nihil deets bonis operibus ab homine justificato elicitis, ad hoc ut vitam aeternam mereantur. Et can. 32. definit hominem justificatum bonis operibus vere mereri augmentum gratie, & vitam aeternam. Ubi cum nulla fiat mentio relationis caritatis, illa ad meritoria vita aeterna non videtur necessaria.

449 Respondeo distinguendo Majorem: Per opera bona quibus adimplentur precepta naturalia, homo viam aeternam mereat, si talia opera sunt ex motivo caritatis, & illa virtualiter falem imperentur, concedo Majorem: Si sunt abfieri ullo motivo & imperio caritatis, nego Majorem: quamvis enim tunc homo per illa opera satisficiat legi, non tamen vitam aeternam mereatur, quia, ut infra dicimus, alia est ratio satisfactionis, & alia ratio meriti. Unde D. Thomas qu. 2. de malo art. 5. ad 7. ait: *Modus caritatis sub necessitate precepti includitur secundum quod praecepimus ordinatum ad confessionem beatitudinis, non autem secundum quod ordinatur ad vicendam reatus penae.*

Ad primam vero probationem Majoris, desumptum ex verbis illius Christi Luke 10: *Si vis ad vitam ingrati serva mandata;* dicendum est ea debere intelligi de observacione mandatorum ex motivo caritatis, quia sola simpliciter & absolute legis obseruator dicitur: unde ait Augustinus de spiritu & l. 14: *Mandatum non servari, nisi sit ex amore iustitiae: non enim fructus est bonus, qui ad caritatem radice non surget.*

Eodem modo intelligenda sunt verba Tridentini, dicens justos per bona opera, & observantia legis, credericere in iustitia: subdit enim, *Cognoscere fidem bona operibus, fide scilicet formata, & per dilectionem operante.* Similiter cum dicit, bona opera hominis justificat vitam aeternam proueneret, loquitur de operibus a gratia & caritate procedentibus, vel ab ipsa imperatis: at enim iustum mereri operibus, in Deo factis: sicut autem quando opera dicuntur fieri in nomine Christi, intelligitur ea fieri ex motivo caritatis; ita & quando in Deo facta appellantur, significatur ea esse facta ex caritate imperio, & ad Deum ut finem ultimum virtualiter falem ordinata.

450 Obiectus tertio: D. Thomas q. 2. de malo art. 5. ad 7. ait: *Habentibus caritatem omnis alius est meritorius, vel demeritorius: Sed alios virtutum mortuum in homine iusto, facti ex sola locorum objectorum honestate, non sunt meritoriorum: Ergo erant meritorii.*

Confirmatio: Idem S. Doctor in 2. dist. 40. q. 1. art. 5. in corp. docet auctum bonum moraliter, in eo qui non habet gratiam, esse indifferentem ad meritum vel demeritum, non vero in eo qui gratiam habet, sed in illo debere esse vel meritorium, vel demeritorium: At si rela-

tio caritatis requireretur ad medium etiam in habente gratiam, posset dari auctus cum tali differentia, ut si faceret electromynam, non referendo illam per caritatem, & relatione falem virtuali, juxta illud Apololi ad Coloss. 3: *Omnia quacumque facitis in opere & sermone, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite.*

451 Ad objectionem respondet D. Thomas, cum ait quod in habentibus caritatem omnis auctus est meritorius, vel demeritorius, non loqui de habentibus caritatem solum habilitater, & fine ullo influxu actuali aut virtuali in actus aliarum virtutum, sed de habentibus caritatem, formaliter aut virtualiter influentem in hujusmodi auctus. Unde solum vult omnes auctus virtutum, etiam acquisitionum, in habente caritatem esse meritorios de condigna vita aeterna: quia nullus est ex ipsis, qui non impetratur a caritate, mediante ipsius auctus, quo non primo instanti iustificationis, diligendo Deum tamquam ultimum finem supernaturalem, rotam vitam suam ex ipso retulit in Deum, quantum ad omnes actiones in ipsum referentes: hoc enim sufficere, ut omnes auctus boni subsequentes sint meritoria vita aeterna: docet idem S. Doctor q. 2. de virtutibus art. 11. ad 2. dicens: *Cum aliquis seipsum ordinans in Deum, in omnibus quod propter ipsum facit, manus virtute intentio ultimi finis, qui Deus est: unde in omnibus meritis posset si caritatem habere.*

Ceterum inde non sequitur, solum concomitantiam habitus caritatis, sive relationem habitus auctus virtutis acquitatis in Deum ut finem ultimum, sufficere ad meritum, sed solum ad illici sufficere quamcumque relationem, virtualem ad Deum. Unde ad confirmationem neganda est illud: *Minoris, cum enim nullus sit auctus morsalis bonus ab homine iusto elicitus, qui virtute primi auctus caritatis eliciti in infantia iustificationis, non referatur ad Deum tamquam ultimum finem, repugnat dari in eo, qui habet gratiam, auctum moraliter bonum, qui ad meritum vel demeritum indifferens sit.*

Dices primo: Si auctus caritatis quo homo in principio iusta vita, vel iustificationis, se & omnia sua retulit in Deum tamquam ultimum finem, sufficerit ad imprimendum virtualem relationem ad hunc finem in omnibus aliis sequentiis auctibus, non posset esse in homine iusto auctus otiosus, quandoquidem in illa suppositione nullus debet fini careret.

Sed negatur sequela: auctus enim otiosus non attenditur ex fine ultimo, sed proximo & particulari qui non sit bonus: ex autem ipso quod aliquis auctus non habeat finem proximum bonus, est ordinabilis in Deum ut finem ultimum, subindeque in homine iusto, virtute primi auctus caritatis, nequit in Deum referri, & ita remanet venialiter peccaminosus: auctus vero omnes virtutum moralium, etiam acquisitionum, habent ex natura sua finem proximum bonus, ac proinde ex se ordinabilis sunt, mediante imperio caritatis, in eius objectum nempe in Deum ut finem ultimum.

Dices secundum: Non sufficit quamcumque praeferita in testamento confidencia sacramenta, ad hoc ut minister ceuferit tabernacula virtutale intentionem quando illa conficit, aliquip unica intentio celebrandi & confidencia sacramentum Eucharistie duraret per totam vitam, esti nunquam amplius cogitare de confidendo hoc sacramento: Ergo similiter primus auctus caritatis, elicitus initia vita ut iustificationis, non sufficit ad hoc ut homo iustus virtualiter confeatore auctus virtutum moralium in Deum ut in finem ultimum, sed ad hoc requiriatur aliquis auctus caritatis, proxime precedens, & eadem falem elicitus.

